de menelao iam dictuꝫ eſt grecas patrie
legi preferens glorias: grecum in primis
vocabulū aſſumpſerat vt vocareť iaſon.
Iſte ambiens ſūmum ſacerdotium pecu
nijs oblatis impius facile obtinuit apud
regem impium. poſt hoc vitam quoqꝫ vt
iam dictum eſt amiſit onyas propter iu-
ſticiam.

Qualia propter peccata tunc populi
dei preceſſerunt mala illa que tunc iam
dictus antiochus intulit.

Capitulum. xviij.

DIcendū iam
dum in primis qualia propter pec-
cata permiſſuꝫ ac iuſtum fuit
ante deū vt poteſtatē haberet caput illud
nequiſſimum aduerſus teſtamentum dei
talem tam magnaꝫ vt pene periclitata fu
erit ſpes promiſſionis quam vt ſepedictū
eſt in mentē tunc habebat eccleſia ſm ſi-
militudinem mulieris in vtero habentis.
Malum ipſorum primum ab ipſis pro
ceſſit ita vt exigeret iuſticia fieri quod fa
ciendū eſſe dixerat in dauid deus in ſer-
monibus ſuis iuſtus et vincēs cū iudicať
Pſal. lxxxviij Uiſitabo inquit in vga
iniquitates eorū: ⁊ in verberibus peccata
eorum. Acto nanqꝫ vt occideretur onyas
pontifex pius propter quem vt iam dictū
eſt leges optime cuſtodiebantur predicti
iaſon ⁊ menelaus: ⁊ multi ab ipſis ꝑſuaſi
acceſſerunt ad antiochum: et ad noticiaꝫ
eius produxerunt ꝙ vellent patrias relin
quere leges: ⁊ conuerſationem et mores
obſeruare grecorum j. Machabeoꝝ. j
Rogauerūt ergo eum vt permitteret eis
edificare ginnaſiū iheroſolimis. Eſt autē
ginnaſium nudorum exercicium quo iu-
uenes nudi luctantes ſe exercebant. gin-
nios grece nudus latine. Cūqꝫ ꝯceſſiſſet
antiochus: circūciſionem ſuam inquit io-
ſephus velauerunt vt non apparerēt gre
cis eſſe diſſimiles. qđ ille dicit. ⁊ velauerť
circūciſidoem ſuam. hoc eſt quod ait ſcri
ptura libri machabeorū. Et fecerunt ſibi
prepucia. Circumciſis nāqꝫ impoſſibile
erat aliter ſibi facere ꝑpucia niſi velando
circumciſionem ne appareret ꝙ non ha-
berent prepucia. hoc faciendo receſſerūt
inquit a teſtamēto ſancto ſubauditur. qđ
pepigit deus cum abraham in quo eſt ꝓ
miſſio ſeminis quod eſt xp̄us cuius vide
licet promiſſionis fidem in eo negauerūt
ꝙ circūciſionem ſignaculū fidei velando
prepucia ſibi fecerunt: ⁊ ita veraciter a te
ſtamento ſancto receſſerunt.

De eiſdeꝫ flagicijs propter que iuſte
in populum ſuperuenire debuit ira dei

Capitulum. xix.

Inicium dolorum fuit hoc qđ nimirum accerſierunt ſibimet vltro hoc inicium ſtatim ſecutus eſt pro- fectus et ſucceſſit incrementum. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce ſyon ginnaſiū con ſtituere. auſus eſt etiam optimos quoqʒ ephebořum i lupanaribus ponere. Erat autem inquit ſcriptura hoc:non inicium: ſed incrementum quoddam ⁊ profectus gentilis ⁊ alienigene conuerſationis:et ꝓ pter impij ⁊ non ſacerdotis iaſonis nefa rium ⁊ inauditū ſcelus:ita vt ſacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent ſed contempto templo et ſacrificiis negle ctis feſtinarent participes fieri paleſtre ⁊ prebitionis eius iniuſte:⁊ in exerciciis di ſci: ⁊ patrios quidem honores nihili ha- bentes: grecas glorias optimas arbitra- bantur. Ubi tales erāt ſacerdotes qualis putas erat ppl̄ŭs. Ubi occaſio onya pon tifice pio ſuſtectus. Jaſon impius ⁊ non ſacerdos optimos ephebořuʒ in lupana- ribus ponebat:putas qualis erat iuuētus tam egregij pontificis alumna. Jā vtiqʒ locus ⁊ tempuſ erat vt veniret ſuper eos ſentencia maledictionum illa in libro Deutro.xxviij ¶ quatinus fierent in ex- emplum ſubuerſiōis ʒodome ⁊ gomorre adanie ⁊ ſeboym quas ſubuertit domius in ira ſua ⁊ in furore ſuo ¶ Geneſ.xix niſi teneret dominum deum iuramentū ſuum quod iurauerat ad abraham ⁊ ad dauid pro ſemie qđ erat xp̄ūs naſciturus ex illis.yſaia quoqʒ teſtante cum dicit ca.ſuo.j ¶ Niſi dominuſ exercituū nobis reliqſſet ſemen quaſi ʒodoma fuiſſemus: ⁊ quaſi gomorra ſimiles eſſemus. hec id circo dicta ſint vt appareat aliquatinus e quitas iuſti iudicij dei: q̄a niſi ſola gratia reſeruare voluiſſet gentem illam propter adimplendam veritatē promiſſionis:non tantum ſceleſtibus manibus impij antio chi:verum etiam tali pene iuſtum fuiſſet illos ſubici:q̄ſi ʒodoma vel gomorra ſuc- cubuit.nam etiaʒ grauius erat peccatum iſtorum ſcriptam legem' habentium q̄p ʒo domorum legem huiuſmodi non haben- tium.

¶ Ut loquitur dominus per prophetam zachariam. Quia ego iratus ſum parum Ipſi vero addiderunt in malum.

¶ Capitulum.xx.

Ecce autē il- lud occurrit quod in zacharia propheta dominus exercituū premittens ¶ Zacharie.j ¶ Zelatus ſum iheruſalem ⁊ ſyon zelo magno:et ira ma gna iraſcor ſuper gentes opulentas con- tinuo cauſam iſtam ſubiungit. Quia ego iratus ſum parum. ipſi vero addiderūt in malū. et eſt ſenſus:ego zelo bono ductus Pſal.lxxxviij ¶ Uiſitaui i virga iniqui tates eorū:⁊ in verberibus peccata eorū: poteſtatem dando gentibus vt eos affli- gerem parum. Ipſi autem quibus ꝑmiſi poteſtateʒ:permiſſo abutentes exceſſerūt modum. Nunc ergo diſcrete attendendū ⁊ attēte diſcernendū eſt quid iuſtus deus fieri voluerit illi populo iratus parum: et quid gentes vt tunctemporis erant greci plus faciendo addiderunt in malum. Uđ vt comodiuſ fiat dicendū in primis i quo ſit ira dei parua iuxta quam dicit. Quia ego iratus ſum parum:⁊ in quo ira eius magna iuxta quā loquit᷑. Et ira magna ego iraſcor ſuꝑ gentes opulētas: ſimulqʒ ⁊ illud conſiderabitur: quia paruam iraʒ ſuam zelum vocat dicendo. Zelatus ſum iheruſalem ⁊ ſyon zelo magno. Econtra magnam ipſius miſericordiam ⁊ paruaʒ eiuſdem oportunū erit diſtinguere miſeri cordiam:quia ſicut magne ire magna eſt oppoſita miſericordia quaʒ dauid poſtu- lat dicens ¶ Pſalm.l ¶ Miſerere mei deus ſm̄ magnam miſericordiam tuam. Ita ⁊ parue ire oppoſitaʒ conſtat paruā eſſe miſericordiam: quam in oſee qualis ſit audiuimus deo dicente ¶ Oſee.vj Quid faciā effraym:quid faciā tibi iuda: miſericordia veſtra quaſi nubes matutia ⁊ quaſi ros mane pertranſiens.

¶ Que ſit ira dei parua:⁊ q̄ ira dei ma- gna.⁊ ecōtra que ſit magna:⁊ que ſit dei parua miſericordia.

¶ Capitulum.xxj.

Ira dei parua
iuxta quã dicit. qꝛ ego iratus
ſum parum ſubauditur iheru
ſalem ⁊ ſyon Ira parua eſt virga diſcipli
ne eſt ſcilicet temporalis afflictio ſiue ve-
xatio valens ad hoc vt intellectuꝫ det au
ditui ne forte iheruſalem ſiue ſyon ſcilicet
electa quelibet anima temporalibus bo-
nis inebriata conſopiatur: ⁊ auditus eius
intellectum verbi dei non habeat in quo
eſt vita eterna. Talis ira zeluſ recte dica
tur dicente ipſo ¶ Zacha. i ¶ Zelatus ſum
iheruſalem ⁊ ſyon zelo magno veluti cuꝫ
vir diligens dilectam ſuam fortiter emu-
latur euntem poſt amatores ſuos. Ecce.
quiens ¶ Oſee. ij ¶ Ego ſepiam viaꝫ tu
am ſpinis: ⁊ ſepiam eam materia: ⁊ ſemi
tas ſuas non inueniet ⁊ ſequetur amato-
res ſuos: ⁊ non apprehendet eos ⁊ querꝫ
eos: ⁊ non inueniet: ⁊ dicet. Uadam ⁊ re
uertar ad virum meum priorem qꝛ bene
mihi erat tunc magis ꝙ nũc. porro ira dĩ
magna eſt ꝙ non zelatur quemadmoduꝫ
in hieremia dicit ipſe. Cum zelus meus r̃
ceſſerit a te ⁊ execrantem animam nõ re
quirit neqꝫ ſepit viaꝫ eius ſpinis vt aduer
ſue offenſa reuertatur ad creatorem ſuũ:
Iuxta quod in pſalmo dictum eſt ¶ pſal.
ix ¶ Scdm multitudinem ire ſue nõ que
ret: huic ire magne magna ẽ oppoſita mi
ſericordia. De qua cuꝫ dixiſſet ad dauid
in iuramento ſuo ¶ lxxxviij ¶ Uiſitabo i
virga iniquitates eorum: ⁊ in verberibus
peccata eorum ſubauditur filiorꝫ dauid
continuo ſubiũxit. Miſericordiam auteꝫ
meam non diſpergam ab eo. Que naꝫ ẽ
illa miſericordia niſi promiſſio tunc adim
plẽda: nunc autem adimpleta. Nam ⁊ ali
bi deus iquit ſuſceptor meus deus meus
miſericordia mea: deus meus inꝗ ſcilicet
chriſtus qui eſt ſuper omnia benedictus
deus in ſecula quem profecto in ſua per-
ſona id eſt de ſemetipſo proloquẽs dauid
ſuſceptorem ſuum potuit dicere: qꝛ futuꝝ
erat ⁊ factum eſt vt deus ſuus verbũ dei
verbum deus ſuſciperet ipſum dauid ſu-
ſciperet carnem noſtram hominem veꝝ
de ſemine ipſius dauid. Hec miſericordia
tam magna fructus eſt illius benedictõis
Qua propter yſaac iuniorem filium ſuuꝫ
iacob benedicens ¶ Ge. xxvij ¶ Seruiãt
inquit tibi populi ⁊ adoret te tribus. eſto
dominus fratrum tuorum: ⁊ incuruentur
ante te filij matris tue qui maledixerit ti-
bi. ſit ille maledictus: qui autem benedixe
rit tibi benedictionibus repleatur. Eo nã
qꝫ illa benedictio tendebat vt deus noſter
miſericordia noſtra: deus ⁊ hõ chriſtus d̃
ſtirpe iacob naſceretur: quoniam reſpon-
ſum fuerat rebecce ¶ Gene. xxv ¶ Due
gentes in vtero tuo ſunt ⁊ duo populi ex
ventre tuo diuidentur. Et idcirco fieri nõ
poterat: vt ex ambobus naſcẽtur vtpote
diuiſis iacob ⁊ eſau. Illa benedictio quã
ſortitus eſt eiulans eſau dicente patre in
pinguedine terre ⁊ in rore celi deſup erit
benedictõ tua: miſericordia parua eſt: par
ue ire dei: de qua iaꝫ dictum eſt oppoſita.

¶ Quid iuſtus deus fieri voluerit illi po
pulo iratus paruꝫ: ⁊ quid ille anthiochus
plus faciendo addiderit in malum.

¶ Capitulum. xxij.

Iã ad id quod
propoſuimus redeundum eſt
ſcilicet ad diſcernendum quid
iuſtus deus fieri voluerit illi populo ira-
tus parum: ⁊ quid illa radix peccatrix an
thiochus ille illuſtris plus faciendo addi
derit in malum. Unaꝫ tantũmodo ⁊ par
uam miſericordiam ſicut iam dictum eſt
ſortitus fuerat eſau ſcilicet vt in pinguedi
ne terre ⁊ rore celi deſuper. i. bonis terre-
nis tꝑalibus diuitijs habũdaret. Utrãqꝫ
aũt videlicet ⁊ paruam ⁊ magnaꝫ mĩam
iacob in benedictõne acceperat ꝗtenus ⁊
eidem de rore celi ⁊ de pinguedine terre
daret deus habundantiam frumenti vini
⁊ olei que parua miſericordia ẽ ⁊ ſemini
eius. i. chriſto ſeruirent populi: ⁊ adorarẽt
eum tribus que magna miſericordia eſt.
Paruam illam mĩaꝫ parua ira deus ab
ſtulit quotiens populum illum proptẽ pec
cata gentibus duaſtandum tradidit ſicut
ſcriptuꝫ eſt. Et tradidit eos in manus gẽ
tium ⁊ dominati ſunt eorum qui oderunt

eos ⁊ tribulauerunt eos inimici eorum ⁊
humiliati ſunt ſub manibus eoꝝ. Ipſi vo
addiderunt in malum quotiēs ad hoc vi
ſi ſunt vt miſericordiam magnam: miſeri
cordiam eternam auferent eis: non vt ipi
poſſiderent: ſed ne fieꝛ vlli homini: ne ve
eſſet caput vllum hominem fides dei aut
verbum promiſſionis agitante illo diabo
lo dracone antiquo. Ut exempli gratia.
Nabuchodonoſoꝛ regem babilonis agi-
tauit quatenus tres pueros mitteret ī ca-
minum ignis: quia ſtatuaꝫ noluerūt ado
rare quam ipſe fecit. Sed de illo ⁊ de ce-
teris iam dictū eſt: ad ea que impius geſ
ſit anthiochus ſermo deuenit.

¶ Que mala geſſerit anthiochus aſcen
dens Jeroſolimam in multitudine graui
⁊ ꝙ mala illa ad paruam iram pertinue
rint. ¶ Capitulum. xxiij.

# Poſtquam pa

ratum eſt r̄gnum in conſpectu
anthiochi: ⁊ cepit regnare in t̄
ra egipti vt regnaret ſuper duo regna
Poſtq̄ comprehēdit ciuitates munitas
in terra egipti: ⁊ accepit ſpolia terre egi-
pti: conuertit ⁊ aſcendit ad iſrahel: ⁊ aſcē
dit ad ieroſolimam in multitudine graui
⁊ intrauit in ſanctificationem cum ſuper
bia: ⁊ accepit altare aureū ⁊ candelabrū
luminis ⁊ vniuerſa vaſa ⁊ ornamēta que
in facie templi erant ⁊ comminuit omnia
⁊ cetera vſqꝫ ad id quod dictum eſt. Se
cundum gloriaꝫ eius multiplicata ē igno
minia eius ⁊ ſublimitas eius conuerſa ē
in luctum ¶ i. Macha. i. ¶ Hec omnia
ſm̄ hunc modum cuncta ſm̄ hoc genus
malorum direptio atqꝫ cōminutio vaſoꝝ
ſanctorum direptō theſauroꝝ ⁊ cedes ho
minum planctus magnus in iſrahel: et in
omni loco eorum gemitus principum et
ſeniorum infirmatio iuuenum ⁊ virginū
lamentum maritorum: ⁊ luctus matro-
narum: plaga magna ciuitatis ⁊ perditio
populi multi: nam ⁊ ciuitatem ſuccendit
anthiochus igni: domos quoqꝫ ⁊ muros
in circuitu deſtruxit. Hec inquam omnia
pertinent ad iraꝫ paruam: iuxta qd̄ ait i-
pſe dominus quia ego iratus ſum paruꝫ

Parua nāqꝫ hec fuerunt: quia circa cor
pus omnia verſata ſunt: ⁊ bona temp̄alia
bona caduca: ⁊ quādoqꝫ de futura citius
ſuſtulerunt. De cauſa vel cupiditate cuius
qua intrauit in egiptum bellum inferens
nepotibus ſuis. i. ſororis ſue filijs ptholo
meo philometori Et frī eius ptholomeo
phiſicon ex ptolomeo epiphane genitus
⁊ qualiter imperio romanoꝝ circumſcri
ptus ac deterritus inde receſſerit: recita-
re preſentis non eſt negocij preſertim: qꝛ
propoſiti ſui viam tenens animus dignio
ra proſpicit ⁊ ad ipſa tendit.

¶ De eo ꝙ ad gentilem ritum iudeos
trāſire compulerit: ⁊ ꝙ illud fuerit addi-
tamentum ſuper paruam iram domini.
¶ Capitulum. xxiiij.

# Sequuntur ea

que recte dicas additamentū
eorum quemadmodum ait: ipi
vero addiderunt in maluꝫ. Et ſcripſit rex
anthiochus omni regno ſuo vt eſſet om
nis populus vnus ⁊ miſit libros per ma
nus nunciorum in iheruſaleꝫ ⁊ in omnes
ciuitates iude vt ſequerentur leges genti
um terre ⁊ prohiberent holocauſta ⁊ ſa-
crificia ⁊ placationes fieri in templo dei:
⁊ prohiberent celebrare ſabatuꝫ ⁊ dies ſo
lennes. Et iuſſit edificari aras ⁊ templa
⁊ idola: ⁊ imolari carnes ſuillas ⁊ pecco
ra cōmunia: ⁊ relinquere filios ſuos incir
cumciſos. Et quicunqꝫ non feciſſent ſm̄
verbum regis anthiochi morerētur. Et e
dificauit abbominandum idolum deſola
tionis ſuper altare dei: ⁊ per vniuerſas ci
uitates iude in circuitu edificauerūt aras
⁊ ante ianuas domorum ⁊ in plateis in-
cendebant thura ⁊ ſacrificabant: ⁊ libros
legis dei combuſſerunt ſcindentes eos: ⁊
apud quemcunqꝫ inueniebantur libri te-
ſtamenti domini: ⁊ quicunqꝫ obſeruabāt
legem domini ſecundum edictum regis:
trucidabant eum. Quis dubitet quis di-
ſcernere non queat totuꝫ hoc additū eſſe
ſuper iram domini ⁊ patris ſeruos aut fi
lios ſuos non perdere ſed corripere volē
tis. Ego enim inquit iratus ſum parum:
ſcilicet viſitando in virga iniquitates eoꝝ

ꝛ in verberibus peccata eorum. Ipſi ve
ro addiderunt in malum videlicet ad hoc
tendente diabolo agitatore illorum vt mi
ſericordiam meam auferrem ab eis ꝛ ir-
ritum facerent verbum promiſſionis tol
lendo legem: auferendo teſtamentum: et
libros teſtamenti: ꝛ ipſam quoqꝫ gentem
vt dum nō ſupereſſet gens vnde ſalus fu
tura ſperabatur conſequenter nec ipſa ſa
lus mundi chriſtus naſceretur

¶ De diabolo ꝙ propter eiuſmodi ad-
ditamenta vocetur leuiathan quod inter
pretatur additamentum eorum

¶ Capitulum. xxv.

PErpēde nūc
ꝙ recte ꝛ quanta pro re draco
iſte magnus ſerpens antiquus
qui vocatur diabolus: ꝛ ſatanas vocetur
etiam leuiathan quod interpretatur addi
tamentum eorum. Quorum enim eorꝫ
niſi ſeptem capitum ſepedictoꝝ. Ex quo
dominus generi humano parum iratus
dixit ad adam ¶ Gene. iij ¶ Maledcta
terra in opere tuo in laboribus comedes
eam cunctis diebus vite tue: ſpinas ꝛ tri
bulos germinabit tibi: ꝛ comedes herbaſ
terre. In ſudore vultus tui veſceris pane
tuo donec reuertaris in terram de q̄ ſum
ptus es: quia puluis es ꝛ in puluerem re
uerteris: ꝛ emiſit eum de paradiſo volu-
ptatis. Ex quo inquaꝫ ſuis quoqꝫ electis
taliter parum iratus mortales eos eſſe. ꝛ
breui tempore viuere: ꝛ in laboribus bre
uem vitam ducere voluit ſemper diabo-
lus inſtitit vt magna quoqꝫ ira adderet.
illis id eſt morte quoqꝫ anime permane-
rent mortui. Amplius autem poſtquā ad
Abraham factum verbum promiſſionis:
quo promiſſa eſt benedictio que vtiqꝫ eſt
deſtructio peccati ꝛ mortis. Idem diabo
lus inſanire cepit ꝛ contra promiſſionem
eandem quatenus non fieret quod ꝓmiſ
ſum fuerat illa capita ſua: de quibus no-
bis nunc ſermo eſt furioſus erexit que ni
mirum quantū in ipſis fuit maxime illo
populo quotiens deus iratus eſt parum
addiderunt in malum: vt videlicet ablata
illis libertate vite preſentis auferrent etiā
deum. Hoc eſt additamentum eorum ꝓ-
pter quod ipſe qui addidit: ꝛ addere vo-
luit dictus eſt leuiathan quod vocabulū
non alium quempiam: ſed ipſum conſtat
poſuiſſe deum primum in iob ¶ Iob. xl.
cum dicit ad eum. An extrahere poteris
leuiathan hamo ꝛ fune ligabis os eius.
Deinde in Yſaia. In die illa viſitabit do
minus in gladio ſuo dura ꝛ grandi ꝛ for
ti ſuper leuiathan ſerpentem vectem ꝛ ſu
per leuiathan ſerpentem tortuoſum ꝛ oc
cidet eum qui in mare eſt ¶ Yſaie. xxvij.

¶ De leuiathan ꝛ de eo quod dictum ē
Ve terre ꝛ mari quia deſcēdit diabolus
ad vos habens iram magnam

¶ Capitulum. xxvj.

QVid illa viſi-
tatōe iuſtius: quid illo gladio
durius. Gladius nanqꝫ durus
ꝛ grandis ꝛ fortis magna eſt ira dei: quā
iſte leuiathan generi humano ꝛ illi preci
pue genti que verbum promiſſionis acce
perat: ſuperaddere voluit vt auferretur il
lis miſericordia ꝛ non fieret qd̄ ꝓmiſſū
fuerat. Unde animaduertere promptum
eſt: valde iuſtum eſſe: vt ꝛ ipſe ſerpenſ an
tiquus ꝛ omnia capita eius omnes om̄o
impij qui dicuntur: ꝛ ſunt membra diabo
li vel corpus: gladium durum gladiū grā
dem ꝛ fortem id eſt magnā dei ſubeant
iram: quomodo hāc ipſi ſuperaddere vo
luerunt electis dei paruam vt iam dictū
eſt ſuſtinētibus iram per pulcrum ſimul
qꝫ terrificum valde eſt illic perſpicere ſen
ſum huiuſmodi vbi dicit ſpiritus in Apo
calipſi iohannis ¶ Apoca. xij ¶ Ve terre
ꝛ mari Quia deſcendit diabolus ad vos
habens iram magnam. Subaudire nan-
qꝫ decet ad comparationem ſiue relatio-
nem minoris ire de qua iam dictum eſt:
magnam eſſe: vel dici illam quam habet
diabolus iram. Siquidem ꝛ ratio docet:
ꝛ ariſtotelici quoqꝫ volūt paruum ꝛ ma
gnum nō abſolute ſed relatiue vocabula
quantitatis eſſe. Ut verbigratia cum di
citur mus magnus: ꝛ mons paruus re-
ſpectu minorum dici intelligitur. qꝛ ꝑuus

mons reſpectu mõtis maioriſ:ꝛ magnus mus ſine dubio reſpectu minoris muris enũciatur. Cum igitur dicit ¶ Apocalip. xij ¶ Ve terre ꝛ mari quia deſcendit diabolus ad nos habens iram magnam:terre ꝛ maris nominibus omnes impios ſignificãs pulcre ſubintelligitur parua ira que finem accepit:ꝛ quam omnes electi pertranſierunt talia paſſa qualia poſſunt intelligi per illud dei dictum ¶ Zacha.j Quia ego iratus ſum parum. Diabolus nanqȝ magnam habet ſuper ſe poſitaȝ ſcilicet irreuocabilem damnationis eterne ſententiam:ꝛ illam importat terre ꝛ mari id eſt omnibus impijs:qui cum deus fuiſſet ſuis iratus parum ipſi addiderunt in malum vt auferrent illis miſericordie ſpẽ vt inferrent illis obliuionem dei. Ve illis quia diabolus quam habet iram magnã communicat eis vt habeant ipſi quod addiderunt vel addere voluerunt electis dei

¶ Qȝ parua ira dĩ hoſtijs ꝛ muneribus placari poſſit:magna autem placari non poſſit:ꝛ de ſeptem fratribus cum matre ſua paſſis ꝙ beneplacitum domino ſacrificium fuerint.

Capitulum.xxvij.

# Quomodo tandeȝ

remota eſt illa ira dei qua tunc temporis iratus fuerat parum hoſtijs ꝛ muneribus. Hoc deniqȝ diſtat inter iram dei paruam:ꝛ iraȝ dei magnam:ꝙ ira dei magna non expiatur victimis ꝛ muneribus vſqȝ ineternum. Sicut ꝛ ad beatum iob de iam dicto leuiathan id eſt diabolo habente iram magnã dominus dicit. Non parcaȝ ei verbis potentibus ꝛ ad deprecandum compoſitis. Parua autem ira dei placari poteſt hoſtijs ꝛ muneribus:ꝛ ſub lege ꝛ in gratia diſpoſitis.maxime autem his qui ſupra legem vel preceptum quiſqȝ ſpontanea deuotõe ſupererogauerit. Exempligratia tradendo corpus ſuum pro teſtamento dĩ. Quibus ergo victimis qualibus muneribus illa ira qua tunc deus parum iratus fuerat placata ſiue ꝛmota eſt. Non holocauſtis arietum ꝛ thaurorum neqȝ milibus agnorum pinguium:ſed ſicut in fornaceȝ babiloniam tres pueri miſſi in animo contrito ꝛ ſpiritu humilitatis ſuſcepti ſunt ita ſeptem fratres cum matre ſua paſſi meruere ſuſcipi ſacrificium beneplacitum ꝑ quod loco ꝛ omni populo iram domini placari dignum fuit. Unde ꝛ ſtatim poſt paſſiones illorum ſubiunctum eſt ¶ ij Macha.viij ¶ quia iudas machabeus ꝛ qui cum illo erant conuocantes cognatos:ꝛ eos qui ꝑmãſerat in iudaiſmo aſſumentes ꝛ inuocantes dominum vt miſereretur templo ꝛ ciuitati ꝛ vocem ſanguinis ad ſe clamantis audirȝ memoraretur quoqȝ iniquiſſimas mortes innocentium paruulorum ꝛ armis vti ceperunt deo nimirum confortante ꝛ effectum tribuente Iram enim domini inquit ſcriptura ĩ miſericordiam conuerſa eſt.

¶ Rurſum de clamoribus mulieris ĩ vtero habentis quorum tunc temporis initium fuit. Ve mihi mathathias inquit.

¶ Capitulum.xxviij.

# Quis non audi

uit clamores illius temporis; clamoreſ mulieris in vtero habentis ꝛ parturiendo clamantis. Sepe dictum ꝛ ſepe dicendum eſt:nec faſtidio ẽe debet:quia ſumma preſentis opuſtuli in miſterium reſpicit ſigni magni ꝛ mirabilis ſcilicet draconis ruffi ſepteȝ capita habentis ꝛ ante mulierem que erat parituræ ſtantis:vt cum pareret filium eius deuoraret. Clamabat mulier ĩ vtero habẽs ꝛ parturiens:clamabat eccleſia temporis illius fidem ꝛ ſpem in verbo promiſſiõis habens ꝛ cruciabatur vt pareret id eſt dſiderabat ꝛ fatigabatur deſiderando promiſſiones ſuas de ſemie abrahe deus adimpleret. Quis inq̃ clamoreſ temporis illius non audiuit. Ve mihi mathathias inquit ¶ j. Macha.ij ¶ vt quid natuſ ſum videre contritionem populi mei ꝛ contritionem ciuitatis ſancte:ꝛ ſedere cum datᷓ in manibus inimicorum. Templum eius ſicut homo ignobilis vaſa glorie eius captiua abducta ſunt. Item ꝛ ieiunauerit

et induerunt ſe cilitijs et cinere in capite ſuo: ⁊ deſtituerunt veſtimenta ſua ⁊ ſuſcitauerunt nazareos qui impleuerant dies ⁊ exclamauerunt voce magna in celū dicētes. Quid faciemus iſtis: ⁊ quo eos ducemus. Et ſancta tua conculcata ſunt et contaminata ſunt. Et ſacerdotes tui facti ſunt in luctu ⁊ humilitate: ⁊ ecce natōes conuenerunt aduerſum nos vt nos diſperdant. Tu ſcis que cogitant in nos. Cōuenerant enim exercitus multorum milium vt venirent in terram iuda ⁊ diſperderēt eam. Ipſi autem cum pauci eſſent ⁊ nūc clamemus dixerunt in celum ⁊ miſerebitur noſtri deus ⁊ conteret iſtos ante faciē noſtram hodie ¶ i. Macha. iiij. ¶ Plena eſt hiſtoria dierū illorum rerumqꝫ geſtarum ſeries clamoribus huiuſcemodi ꝗ vere ſecundum miſteriuꝫ preſcriptum clamores erant mulieris in vtero habenuſ ⁊ parturientis ⁊ in parturiēdo magnū cruciatum habentis

¶ De matre ſeptem filiorum ꝙ ſinguli quidem in ſemetipſis. Ipſa autem paſſa ſit in omnibus ⁊ habundantius clamauerit:
¶ Capitulum. xxix.

QUod ſit ſingulorum deſiderium gemituſqꝫ animaruꝫ que in illius magne mulieris perſona vnum ſunt magnus clamor extitit ad deum: quid de illa cenſes: quid putas matre ſepteꝫ filiorum que ſupra modum mirabilis ⁊ bonorum memoria digna pereuntes ſepteꝫ filios ſub vnius diei tempore conſpexit. Beniqꝫ bono quidem animo ferebat propter ſpem quā in domino habebat: ſinguloſqꝫ illorū hortabatur. Non ego inquiens ¶ ij. Mach. iij. ¶ nobis in vtero meo ſpiritum ⁊ animaꝫ donaui. neqꝫ ſingulorum membra compegi. ſed enim mundi creator qui formauit hominis neceſſitatem: quiqꝫ omnium inuenit originem. Et ſpem vobis iterum cum miſericordia reddet ⁊ vitam. Bono quidem inquit animo propter ſpem future reſurreccionis natorum ſupplicia moreſqꝫ ferebat: ſed nihilominus natura materno affectu dolebat magnoqꝫ ad deum dolore clamabat. Et ſinguli quidem natorum in ſuo dolore ſuaqꝫ pena clamabant. Mater aūt que ⁊ nouiſſima poſt filios conſumpta eſt in mortibus omniū: in doloribus ſingulorum habundantius doluit ⁊ altiuſ clamauit: nec minori ſingulos mentis cruciata peperit deo ꝙ cruciata eſt dum ſingulos pareret mundo. Ita qꝫ ſaltem in vna matre illa perpende de vniuerſa dierum illorum eccleſia ꝙ congruum ꝙ diuini horroris plenum fuerit: vel ſit miſterium. Draconem tot capituꝫ ſtetiſſe ante mulierem in vtero habenteꝫ ſcilicet venturuꝫ chriſtum fide expectantē vt filium eius deuoraret: vt fidem ꝓmiſſionis de corde eius auferret. Quintum illius draconis regnum illud erat nequiter erectum regnante anthiocho ad infeſtationem mulieris ꝙ nimirum in illa matre ſeptem filiorum pene viſibiliter apparuit. Ante iſtorum quidem ſcilicet matris ⁊ ſeptem filiorum paſſiones multus ſanguis ab anthiocho fuſuſ fuerat qui ad deum clamabat: ſicut poſtmodum dictum eſt Ut vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret: Sed iſtorum ſanguis voceꝫ grādiorem habuit: ⁊ ad ſupernos auditus ꝑueniens ire finem impoſuit:

¶ De cauſa paſſionis eorum que fuit: nolle veſci carnis porcinis quam rationabilis fuerit eis Quis ideꝫ rationabilter dicat apoſtolus. Omnia munda mundis:
¶ Capitulum. xxx.

NOli attendere quaſi paruam paſſionis eorum cauſam dum legis. Hoc tantum: quia contigit eos cum matre apprehenſus compelli a rege: comedere cōtra ſus carnes porcines: flagris ⁊ taureis cruciatos. Ille nanqꝫ carnes non ſolum porcine: verumetiam imolaticie id eſt demonibus imolate erant. Sicut enim in ꝑcedentibus habes. Altare etiam plenum erat illicitis que legibus prohibebantur.

¶ ij. Macha.vj ¶ Ducebantur enim
cum amara neceſſitate in die natalis re=
gis ad ſacrificia:⁊ cum liberi ſacra cele=
brarẽtur cogebantur hedera coronati li=
bero circuire. Et in primo machabeoꝛuꝫ
libro primo manifeſtius dictum. quia iuſ
ſit anthiochus imolari carnes ſuillas Et
peccoꝛa communia: Cuꝫ ergo audis car
nes porcinas ſubintellige etiam imolati=
cias. Duplex certaminis cauſa quia vi=
delicet ⁊ carnes porcinas lex inter immũ
da reputauerat ⁊ his veſci prohibuerat.
⁊ que imolant gentes Ait apoſtolus
j.ad Corinthe.x ¶ demonijs imolant Et
non deo. Porro de cauſa vna ſcilicet de
eo ꝙ litera legis hec inter immunda re=
putat.ſpiritus viuificans ꝑ euangelij gra
tiam nos liberat dicente apoſtolo ¶ vbi
ſupra ¶ Omne quod in macello venit
manducate. Si quis autem dixerit hoc
imolatum eſt idolis nolite manducare
Item ad Thimotheum.j.Thimo.iiij
Quia omnis creatura dei bona ⁊ nihil ẽ
reiciendum quod cum gratiarumactione ꝑ
cipitur. Sanctificatur enim per verbum
dei ⁊ orationem. Item ad Thitum
Ti.j ¶ Omnia munda mundis: coinqui
natis autem ⁊ infidelibus nihil mundum
In actibus quoqꝫ apoſtoloꝛum ¶ capitu
lo.xv. ¶ Viſum eſt inquiunt ſpirituiſan=
cto:⁊ nobis nihil vltra oneris vobis gen
tibuſ imponere ꝙ̃ hec neceſſario vt abſti
neatis vos ab imolatis ſimulacroꝛum ⁊
ſanguine ſuffocato ⁊ foꝛnicatione ⁊ ea q̃
vobis fieri non vultis alijs ne faciatis

¶ Ratio de eo ꝙ vnus idemqꝫ deus et
legem dedit de mundis ⁊ de immundis:
⁊ in euangelio ſiue ꝑ euangelij miniſtroſ
dicit omnia eſſe munda mundis
¶ Capitulum.xxxj.

N On eſt hoc ex
n leuitate ſiue mutabilitate:ſꝫ ex
iudicio ⁊ ratione ꝙ vnus ideꝫ
qꝫ deus:⁊ legem dedit de mundis ⁊ im=
mundis ⁊ in euangelio ſiue per euãgelij
miniſtros dicit omnia eſſe munda mun=
dis. Utiliter huius rei conſideratio pro=
cedit ſi rite perpendas:⁊ quid de precep=
tis ſuis ipſe dicat in prophetis:⁊ quid tũc
euenerat quando eiuſmodi precepta de=
dit. In ezechiele dicit ¶ capi.xx. ¶ Eieci
eos de terra egipti:⁊ eduxi in deſertum:
⁊ dedi eis precepta mea:⁊ iudicia mea o
ſtendi eis que faciat homo ⁊ viuat in eis
His dictis confeſtim culpans eos ꝙ pre
cepta ſua reprobaſſent:⁊ poſt idola fuiſ=
ſent oculi eoꝛum:ergo inquit: ⁊ ego dedi
eiſ precepta:nõ bona:⁊ iudicia in quibus
non viuent:⁊ pollui eos in muneribus ſu
is cum offerrent omne quod aperit vul=
uam. Ecce quanta differentia preceptoꝝ
Alia precepta ⁊ iudicia bona que faciat
⁊ viuat in eis. Alia non bona in quibus
nõ viuent:ait:vt alia ab alijs vt bona cla
re diſcernamus a non bonis recurramus
ad tempora vel oꝛdine ipſoꝛum quomo=
do ⁊ quibus cauſis intercurrentibus tam
differentia precepta dederit. Venerãt ad
montem Oreb:⁊ locutus eſt per moiſen
precepta vtiqꝫ bona ¶ Exo.xx ¶ Nõ ha
bebis inquiens deos alienos coram me.
vſqꝫ ad id non inibis cuꝫ gentibus fedus:
nec cum dijs eoꝛum ¶ Exo.xxij ¶ Inte
rea dum cum moiſe loqueretur fecerunt
ſibi vitulum conflatilem ⁊ adoꝛauerunt:
atqꝫ hoſtias imolauerũt.exo.xxxij. Eate
nus moiſes populo nõ velata facie bona
⁊ vitalia dei ꝓcepta dederat Deinde ſub
introeunte reatu vituli faciem eius velari
opoꝛtuit:quando loquebatur ad populuꝫ
⁊ que precepta dedit:extunc precepta nõ
bona ſunt:in quibus non viuunt Ut ſunt
hec de mundis ⁊ immundis animalibus
de lepꝛa coꝛpoꝛum:de lepꝛa veſtimento=
rum:⁊ de lepꝛa domoꝛum ⁊ cetera huiuſ
modi qualium vtiqꝫ litera occidat ſpiri=
tus aũt viuificat nunc reuelata facie moi
ſi. Hec idcirco nunc dicta ſint vt cõſtat ra
tionabiliter in doctrina apoſtolica ſuper=
fluas duci diſputationes propter ciboꝛuꝫ
differentias. Quia videlicet manifeſte ſi=
cut iã dictum eſt precepta huiuſmodi nõ
bona fuiſſe deus ipſe aſſerit: quoꝛuꝫ cau
ſa vt darentur precedens preuaricatio fu
it ⁊c.

De ſeptem fratribus ꝙ nobis ex eo
magis venerabiles ſint: quia in paſſioni-
bus ſuis fidem reſurrectionis mortuorȝ
confeſſi ſunt.

Capitulum. xxxij.

DE piis marti
ribus ſerma habitus ita clau
datur vt venerabiles nobis il-
los in euāgelio chriſti ceteris arbitremur
Quam ob cauſaȝ videlicet: quia in paſſi
onibus ſuis vbi ꝑ teſtamento dei ſua cor
pora tradiderūt: et grauiſſimis ſuppliciis
ſubdiderunt beate reſurrectionis fidem ⁊
ſpem ſonora voce ꝯfeſſi ⁊ teſtificati ſunt
Tu quidem ſceleſtiſſime ait ij. Ma-
chabeorum. iij vnus ex illis in preſenti
vita nos perdis: ſed rex mundi defunctos
nos pro ſuis legibus in eterne vite reſur-
rectione ſuſcitabit. Alius linguam vt pre
cideretur poſtulatus: et manus conſtāter
proferens ⁊ extendens e celo inquit iſta
poſſideo: ſed propter dei leges nunc hec
ipſa deſpicio: quoniam ab ipſo me ea re-
cepturum ſpero. Deinde ſequens cum
vexaret̃ iamqȝ eſſet propinquus ad mor
tem potius inq̄t eſt ab hominibus morti
datos ſpem ſpectare a deo iteruȝ ab ipſo
reſuſcitandos. Tibi enī reſurrectio ad vi-
tam non erit. Mater quoqȝ ipſorū mar
tir ⁊ pluſꝙ martir que pereuntes ſeptem
filios ſub vnius die tempore conſpiciens
bono animo ferebant propter ſpem quaȝ
in domino habebat adhortās illos. mūdi
creator inquit inter cetera que formauit
hominis natiuitatem quiqȝ inuenit om-
nium originē: ⁊ ſpem nobis iterum cum
miſericordia reddet ⁊ vitaȝ. Et inclinata
ad illum qui reſiduus erat filioꝝ nouiſſi-
mum inter cetera dignuſ inquit fratribus
tuis effectus ſuſcipe mortem: vt in illa mi
ſeratione te cum fratribus tuis recipiam
Nobis igitur quorum fidei ſumma reſur
rectio mortuorum eſt per iheſum xpm̄:
non ab re inter omnes ſanctos veteris te
ſtamenti iſti venerādi ſunt qui in ſuis pre
cioſis moribus tam piū atqȝ clarū ſancte
reſurrectionis teſtimonium cecinerunt

Explicit liber
Nonus

# Incipit liber
# Decimus

De eo ꝙ ait apoſtolus Hebr. xj
Sancti per fidem vicerunt regna. Et de
iuda machabeo ⁊ fratribuſ ac ſociis eius
quantum nobis contulerit eorum bellica
virtus.

Capitum primum

SAncti inquit
apoſtolus per fidem vi-
cerūt regna: operati ſunt
iuſticiam: adepti ſunt re-
promiſſiones. Obdura-
uerunt ora leonum: extinxerunt impetuȝ
ignis: effugauerunt aciem gladij: conua-
luerunt de infirmitate: fortes facti ſunt in
bello: caſtra verterunt exterorum. In ſan
cto victorum eiuſmodi concilio: in fortiuȝ
talium exercitu inclito libenter aſpicimus
bellatores machabeos iudam et fratres
eius ac ſocios quoꝝ bellica virtus: quoꝝ
labores ⁊ certamina glorioſa chriſtuȝ ſal
uatorem nobis quodāmodo pepererunt:
quia gentem ſuam de qua chriſtus naſci
turus erat et natus eſt: cum eam gentes
delere vellent magnanimiter defenderūt:
⁊ illud iam dictum draconis caput quin-
tum in rege antiocho: eiuſqȝ ducibus vi-
riliter percuſſerunt verbo dei: verbo deo
cooperante laboribus ipſorum: vt ille im
pius rex: ſicut de illo ad danielem fuerat